

organis postulant, ut dicemus *prima resolutio*: determinatam quantitatem, ideo pertinet *maximum quod sic*: sed quia inanimata per iuxta positionem augmentur; Ideo non indigent eiusmodi convenientibus, & determinatis organis. Tota ergo difficultas procedit circa inanimata, quoad terminum intrinsecum paruitatis. Pro quo duplex est opinio: *Prima* est Caetani *prima parte quest. 7. art. 3.* tenet inanimata habere minimum quod sic, altera est Scotistarum post Scotum in 2. dist. 2. q. 9. negantum dari *minimum quod sic* in non viuentibus.

His duabus difficultibus in initio Phyl examinari solitus, circa terminos substantiarum materialium rerum, tertiam adiungemus de terminis qualitatum intensibilium, & remissibilium; quam tamen hic proponunt quidam, ut Averfa *quest. 24. scilicet 4.* Ruius vero de ea agit in libris de Celo tract. de terminis potentiarum & qualitatibus *quest. 5.* Theologo vero in 1. dist. 17. vt D. Bonau: *art. 2. quest. 4.* & Aureolus inquirens an Charitas possit augeri in infinitum. Item & in 3. distin. 13. vt Scotus *question. 4.* & Durand. *quest. 9.* vbi idem inquirunt, scilicet de intentione charitatis, & concomitante, an omnis qualitas intensibilis possit augeri in infinitum, an vero habeat definitum terminum, qui nequidem possit a Deo viteriori? Commixtus opinio ait, qualitatem non habere talen terminum: affirmant vero citati D. Bonau: Scotus, Duran: & Aureolus. Tribus resolutionibus ad tria predicta respondebimus.

DECISIO.

*R*esolutio prima. Viuentia postulant, & maximum quod sic, & minimum quod sic, in quocunq; statu considerentur. Probatur primo Authoritate Aristotelis, de generatione animalium, dicentes, cuiuslibet animalis determinatam esse magnitudinem, quoad maius, & quoad minus: & primo Phys. ait, omnium natura constantium esse certum terminum magnitudinis, & partitatis: qui locus de viuentibus communiter exponitur. Et 7. poly. dicit augmenti, & decrementi animalium certum esse terminum. Secundo probatur ratione efficacissima: anima est actus corporis organici, sed corpus organicum determinatam postulat quantitatem, & quoad maius & quoad minus. Ratio fundamentalis est, quia organa sunt instrumenta, quibus potentia vitalis elicunt suas operationes; sed confat experientia; quod, nisi proportionata sint organa, non possint potentia vitalis exercere suum munus; si enim homo reducatur ad formam quantitatem, quomodo loquetur, deambulabit & huiusmodi? Item si excrescat ad magnitudinem montis, quomodo nutritur, deambulabit &c? Ratio ergo, cur ponamus minimum, & maximum quod sic in viuentibus est, quia anima debet operari per convenientia organa; nec potest aliter ritè operari: vt autem convenientia fini organa, debent habere determinatam quantitatem, & secundum *minimum quod sic*, & secundum *maximum quod sic*: quia ratio probat quoque de viuentibus, etiam in malo statu

positis; nam vt sic, & viuunt, & exercent opera vita, & per consequens etiam in illo statu postulant determinatam quantitatem.

Obiectum Venetus: sit aliquis homo positus *obj.* in suo *maximo quod sic*, mordeatur à serpente, proindeque intumescat, augebitur eius quantitas, & proinde dabitur maius *maximo quod sic*.

Respondetur communiter per illum tu morem non acquiri nouam quantitatem, sed tantum partes quantitatis fieri rariores; sicut non est maior quantitas aquæ, dum ebullit, quam quando non ebullit; & tamen quando ebullit maius occupat spatiū, quam quando non ebullit.

Resolutio secunda: An detur *minimum quod sic* in non viuentibus? Problema esto. Patebit resolutio, si pauciora vtriusque partis argumenta proferamus, & diluamus.

Quod ergo detur *minimum quod sic* probare intendunt Philosophi, tribus præterita rationibus. *Prima* est, qualitas determinata, est necessaria ad conseruationem inanimati: vt calor vt *cello* requiritur ad conseruationem ignis, ergo & quantitas determinata requiritur ad conseruationem non viuentis in certo gradu, ita vt sub minori conserueri nequeat.

Respondeo ibi esse disparitatem; nam *qualitas*, v.g. calor est instrumentum efficiens requisitum ex parte formæ ad producendum alterum ignem, & ideò requiritur in certo gradu, scilicet *vt celo*; quia ignis producendum, futurus est calidus *ut celo*; at quantitas est dispositio materialis se tenens ex parte materiae ad introductionem formæ; & quia materia v.g. ignis nullum postulat terminum; ideo nec quantitas illum postulat, sed in minori, & minori potest introduci forma ignis, etiam ex natura sua.

Secunda: *Vnumquodque est propter suam Secunda.* operationem, ex secundo de calo text. 17. ergo nihil debet produci, nisi in ea quantitate, sub qua exercere possit suas operationes, ergo debet esse determinata, ita vt sub minori non possit conseruari, quia non posset sub ea operari.

Respondeo ignem v.g. ex sua natura bene posse conseruari, & comburere sub quocunque minori quantitate; per accidentem tamen, ratione contrariorum, contingere potest, vt non possit ab illis se se defendere, nisi in tanta quantitate: & ita per accidens, & extrinsecè postulat ignis certum terminum versus parvitet; ex sua tamen natura nihil tale postulat; viuentia vero postulant; quia eorum operationes sunt nobiles, organa quoque exigunt, quæ certè sub minori, & minori quantitate, nec conseruari, nec generari possunt.

Tertia. Granum tritici per solam diuisi nem in molendino corruptitur, & transit in farinam; ergo signum est illud granum non posse conseruari in quavis minima quantitate.

Respondeo granum tritici, dum transit in farinam, corrupti accidentaliter, non tamen substantialiter; & ita sub minori, & minori quantitate potest conseruari substantia grani.

Pro

Nom. 7.
An non vi-
uentia po-
stulant mi-
nima quod
sic? *proble-*
ma est. *Ra-*
tiones affir-
mativa.
Prima.